



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Sacrarvm Antiqvitatvm Monvmenta**

**Hillesheim, Ludwig**

**Antverpiæ, 1577**

Aaron.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68887](#)



*Viderat Isacidum lacrymas Dens atque laborum  
Pondera, Niliacis cum premerentur agris.*

*Altar*

*Altag̃ siccarat fugientibus æquorat urmis,  
 Ruperat excelsa vincula dura manus.  
 Conſliteratq; Sina ſublimi vertice Moſes,  
 Ut ferret digitis ſcripta notata Dei:  
 In quibus ipſe Deus ſacras, ſua fædera, leges  
 Scripferat, haud uilla deperitura die.  
 Grataq; mox ſtatuenſ placito libamina ritu,  
 Sacra nouæ genti relligioſa dedit.  
 Pontificemq; Aaron a legit, lectorumq; probauit,  
 Arida mirando germine virga virens.  
 Sæuior interea magno gens dira tumultu  
 In caſtris vasta ſeditione furit.  
 Vox hæc una fuit vulgi, fac numina nobis:  
 Aeternū ductor non rediturus abeft.*

Exod. 15.

Exodi 28.  
Numeri 17.

Exodi 32.

*Quid faceret? populi furiis & murmure victus.  
 Ad ſcelus infando crimine facta via eft.  
 Aurea nam teneri fingens ſimulachra iuuenci,  
 Præbet adorandos quos voluere Deos.  
 Impia gens oblita Deum, male grata tonanti,  
 Quæ rabies cæci tanta furoris agit?  
 Numinis & parteis, aeternæ & mentis honorem  
 Gramina paſcenti conſtituiſſe boni?  
 Aurato cultusq; ſacros tribuiſſe iuenco;  
 Acceptam huic ſortem velle referre tuam?  
 Sic natura ſtudet rebus vitiata profanis,  
 Et ſemper ſcelerum pectora torquet amor.  
 Sed non impietas longis ſuccēſibus unquam  
 Perſtitit: huic cælo maximus uitor adest.*

Pſalm. 105.

## PHINEES.